

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Studium ab
cum fonte primo

Ocium sine litteris mors est
et uiui hominis sepultura.

Puto, aequae qui in odoribus iacet
mortuus est quam qui rapitur unco;
otium sine litteris mors est
et hominis vivi sepultura.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 82, 3 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.272, ll.5-7).

Alit lectio ingenium et studio fatigatum,
non sine studio tamen, reficit; nec
scribere tantum nec legere
debemus. Altera res consternabit vires et
exhauriet, de stilo dico, altera soluet ac
diluget. Inuicem hoc et illo commeandum
est et alterum altero temperandum ut
quicquid lectione collectum est, stilus
redigat in corpus.

Alit lectio ingenium et studio fatigatum,
non sine studio tamen, reficit. Nec
scribere tantum nec tantum legere
debemus: altera res contristabit vires et
exhauriet (de stilo dico), altera soluet ac
diluget. Inuicem hoc et illo commeandum
est et alterum altero temperandum, ut
quidquid lectione collectum est stilus
redigat in corpus.

Seneca LXXXVII. epistola.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 84, 1-2 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.285, ll.10-15).